


diei ipsum punctum quod mediat cœlum cum stella h, ergo est notæ longitudinis ab uno duorū punctoꝝ sectionum per illud qd' nuper præmissum est, & arcus h t, qui est longitudo stellæ ab æquatore diei, iterū est notus per illud qd' præmissum est, ergo triangulus e t h est ex arcibus circularū magnorū, & angulus eius t est rectus, ergo proportio sinus complementi lateris eius t h noti ad sinum cōplementi arcus anguli t h e subtenſi ei noti, est sicut pportio sinus arcus anguli t recti ad sinū arcus anguli t h e, oportet ergo ut sit sinus arcus anguli h notus, & similiter angulus e eius est notus, & ppter ea q' altitudo poli in regione posita nota est, tunc pportio sinus e ad sinū arcus anguli h est nota, ergo oportet ut sit sinus arcus anguli h notus, & similiter angulus e eius est notus, & hæc proportio est proportio sinus lateris t h noti ad sinū e t quæsitū, oportet ergo ut sit latus e t notum, & ipsum est minus quarta circuli, ergo est notum, ergo longitudo puncti æquatoris diei, & est illud q' oritur cū stella ab uno duorū punctoꝝ sectionis est nota. Et si nos secauerimus arcum t k æqualē arcui e t, erit punctū k æquatoris diei ipsum qd' accidit cū stella h, ergo longitudo eius à puncto sectionis est nota etiam. Et similiter punctum orbis signorū qd' oritur cum puncto e æquatoris diei, & punctū quod occidit cum eo, erit notū, sicut ostensum est in initio libri. Iam ergo declaratū est qualiter inueniatur punctū æquatoris diei & orbis signorū qd' mediat cœlū, & qd' oritur & occidit cum stella, & illud est, cuius uoluimus declarationem. Scientia autē arcuū orbis signorū, qui sunt inter solem & stellam in principio apparitionis eius & ipsius occultationis, erit manifesta, cū declarabitur qualiter inueniatur quantitas eorū in fine libri in stellis currentibus secundū rectitudinē.



LIBER SEPTIMVS. DE STELLIS  
quinq; errantibus.



**L**T quia ostensum fuit ei totum, cuius præcessit declaratio de esse solis & lunæ & stellarū fixarū, oportuit ut consideraret in dispositionibus stellarū currentium, & uidit q' primū in quo oportet considerare, est indagatio de ordine sphaeræ earū abinuicem, dixit ergo in hoc illud, cuius hæc est narratio. Dico, q' inuenimus antiquos ex opificibus disciplinæ omnes simul conuenisse in quantū æstimo super hoc, q' istæ sphaeræ omnes sunt sub sphaera stellarū fixarū, & supra sphaeram lunæ, & super hoc, q' sphaeræ tres, scilicet q' sphaera Saturni, quæ est maior earū, & sphaera Iouis, quæ est secūda in magnitudine ex sphaeris quæ sunt sub sphaera stellarum fixarū, & sphaera Martis, quæ est sub istis, sunt supra sphaeras reliquarū stellarū & supra sphaeram Solis. Sphaerā autē Veneris & Mercurij quidā eorū quorū tempus præcessit, posuerunt sub sphaera solis, & quidā eorū ex illis qui uenerunt post eos, posuerūt eam itere supra sphaeram solis, ppter ea q' nō inueniunt eos tegere solē in aliqua dispositionū. Nobis uero uidetur, q' hæc ratiocinatio nō est ex eis in quibus fiducia habetur, & illud est, quoniā possibile est, ut aliqua stellæ sit sub sole, & nō sit proculdubio in aliqua superficiem quæ transeunt per solem & per uisus nostros, imò sit in superficie alia, propter illud ergo fit, q' nō inuenit cooperire solem, quemadmodū inuenimus in pluribus coniunctionibus, quæ sunt lunæ cum sole, luna em̄ tunc currit sub sole, & nō tegit ipsum à nobis. Et cum illud ita sit, & nos secundū alium modū peruenire nō possumus ad scientiā rei ueraciter, cum nulla harū stellarū faciat aliquid sensibile de diuersitate aspectus, & propter illud solū qn̄ apparet, inueniunt longitudes stellarū, tunc uidemus q' ppinquior ordo ad sufficientiā & dignior ad incipiendū est ordo eorū quorū tempus præcessit, & illud est, quia est ordo faciēs rem magis similē rei naturali ex hoc, q' solem facit mediū inter stellas quæ elongantur ab eo longitudine tota, & inter stellas quæ nō sunt ita, imò semper currūt in circuitu solis cursu cū quo nō elongatur ab eo usq; inferius longitudine, ut possint facere aliquid de diuersitate aspectus, an sit quantitas de qua sit curandum. Hæc est ergo narratio sermonis eius in ordine sphaeræ stellarū, & ego quidē miror omī admiratione de esse huius uiri, & hæsi-  
to hæsitacione magna propter illud, qd' apparet de contradictione eius & ipsius inquietudine, &